ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh. Seite 29ar
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



appellauerunt. morantur enim in excelsis montibus. & quam
uis de longinquo uident tamen omnes qui ueniunt. Eedem
autem & capree eedem ibices quasi auices eo quod ad instar auium
ardua & excelsa teneant & in sublimibus inhabitent. ita ut
de sublimitate uix humanis obtutibus pateant. unde &
meridiana pars ibices aues uocant qui nili fluentis in
habitant. Hec itaque animalia ut diximus in petris commo
rantur. et si quando ferarum uel hominum aduersitatem persense
rint. de altissimis saxorum cacuminibus sese precipitantes in
suis se cornibus in lesa suscipiunt. Cerui dicti apoton ceraton. de suo
i. a cornibus. Cerata enim grece cornua dicuntur. hii serpentum
inimici. cum se grauatos infirmitate persenserint. spiritu nariu
eos extrahunt de cauernis & superata pernicie ueneni eorum pa
bulo reparantur. dictamnum herbam ipsi prodidertur. nam ea pasti ex
cutiunt acceptas sagittas. Mirantur autem sibilum fistularum.
rectis auribus acute audiunt. summissis nichil. si quando in
mensa flumina uel maria transnatant. capita clunibus preceden
tium superponunt. sibique inuicem succedentes nullum laborem
ponderis sentiunt. Tragelafi agrecis nominati qui dum eadem de tragelapho
specie sint. ut cerui. uillosos tamen habent armos ut hirci.
& mentum prolixis hirsuta barbis qui non alibi sunt quam circa fasidem.
Enuli (hinnuli). filii sunt ceruorum. Damula uocata quod de manu effugiat de dama.
timidum animal & in belle. de quo marcialis. Dente timetur
aper. defendunt (cornua) ceruum. In belles damme quid nisi preda
sumus. Lepus leui pes. quia uelocitate currit. unde et grece pro de lepore
cursu lagos dicitur. Velox enim animal & satis timidum.
Cuniculi genus agrestium animalium dicti quasi caniculi de cuniculo
eo quod canum indagine capiantur. uel excludantur abspeluncis.
Sus dicta quod pascua subigat. i. terra subacta escas inquirat. de sue